non equiſ legibuſ dampnanduſ animuſ ſʒ inneqiſ retibuſ.
Corde ſi quiſ tam deuoto ludum imitatur. huiuſ rei teſtiſ otto.
cholum cuiuſ regit gloto. quod ſepe nudatur. Cauſa ludi ſepe
nudi ſunt mei conſorteſ. dum ſic preſtem ſuper ueſtem meam
mittunt ſorteſ. Heu pro ludo ſepe nudo dat ueſtem ſaccuſ. Sed
dum penaſ mortiſ uenaſ. dat neſcire bachuſ. Tunc ſalutant
pocarium. ⁊ laudant tabernarium. excluditur denariuſ pro
fertur ſermo uariuſ. o euſal miſir beſcher deiun. tunc eum
oſculantur wir enahten nihtuſ deruun ſʒ bacho famulamur.
Tunc rotant ciphi deſuper ⁊ canna pluit muſtum. ⁊ qui potaue
rit nuper bibat pluſ quam ſit iuſtum. Tunc poſtulantur teſ
ſere poculiſ iactantur. nec de furore boree quicquam premeditatur.

In taberna quando ſumuſ. Item de eodem.
non curamuſ quid ſit humuſ. ſed ad ludum properamuſ.
cui ſemper inſudamuſ. quid agatur in taberna ubi num
muſ eſt pincerna. hoc eſt opuſ ut queratur. ſʒ quid loquar au
diatur. Quidam ludunt quidam bibunt. quidam indiſcre
te uiuunt ſʒ in ludo qui morantur. ex hiis quidam denudantur.
quidam ibi ueſtiuntur. quidam ſacciſ induuntur. ibi nul
luſ timet mortem. ſʒ pro bacho mittunt ſortem. Primo pro num
mata uini. ex hac bibunt libertini. ſemel bibunt pro captiuiſ.
poſt hec bibunt ter pro uiuiſ. quater pro xpianiſ cunctiſ. quinque

es pro fidelibus defunctis. sexies pro sororibus vanis. septies pro
militibus silvanis. Octies pro fratribus perversis. novies pro mo
nachis dispersis. decies pro navigantibus. undecies pro discordantibus. duo
decies pro penitentibus. tredecies pro iter agentibus. tam pro papa quam
pro rege. bibunt omnes sine lege. Bibit hera bibit herus. bi
bit miles bibit clerus. bibit ille bibit illa. bibit servus cum
ancilla. bibit velox bibit piger. bibit albus bibit niger. bibit
constans bibit vagus. bibit rudis bibit magus. Bibit pauper
et egrotus. bibit exul et ignotus. bibit puer bibit canus. bibit
presul et decanus. bibit soror bibit frater. bibit anus bibit mater.
bibit ista bibit ille. bibunt centum bibunt mille. Parum
durant centum sex nummate. ubi ipsi inmoderate bibunt
omnes sine meta. quamvis bibant mente leta. sic nos rodunt
omnes gentes. et sic erimus egentes. qui nos rodunt confundantur.
et cum iustis non scribantur. Item alia.

Dum domus lapidea foro sita cernitur. et aestatis ros-
ea visus dum allicitur. dulcis fertur socii locus hic est
hospitii. bachus tollat venus molliat ut bursas pecto
ra et immutet et computet vestes in pignora. Molles cibos edere
inpinguari dilatari studeamus ex adipe alacriter bibere.
Heu quam est iam vita potatoris. qui aurium tempestatum felix
sedat et meroris. dum flavescit vinum. in vitro sub rubei colore.